



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput V. Alia Beneficia sunt Papalia, alia Episcopalia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

potest præjudicare juri superioris, optari ne-
 Nec Patronata, aut ex causa per- queant.
 mutationis resignata, quia jam
 optio fieret in præjudicium Patro-
 ni vel resignantis, *Vid. Barb in coll.* Quæ sint
 & *Gloss. in cit. c. ult.* Denique li- beneficia
 berè collativa sunt, ad quæ colla- libera, seu
 tor eum, quem vult, instituit, modò liberè col-
 sit idoneus. Et talis collatio pro- lativa.
 priè habet speciem liberalis do-
 nationis, & gratiæ.

CAPUT V.

*Alia Beneficia sunt Papalia, alia
 Episcopalia.*

EX diversa potestate & modo
 conferendi, beneficia alia dici
 possunt Papalia, alia Episcopalia.
 Priora sunt, quæ à solo Papa con-
 ferri possunt. Inter quæ primo loco
 numerantur beneficia Pontifici re-
 servata, quorum collationem Pon-
 tifex ita sibi propriam servat, ut ab
 aliis ordinariis conferri non pos-
 sint, tametsi ignorent factam esse
 reservationem à Papa, *C. 20. de
 Præbend. in 6.* Hujus generis sunt
 in primis dignitates, quæ post Ep-
 scopatum majores sunt in Ecclesiis
 Cathe-

Explicatur,
 quid sint
 Papalia, &
 quæ per re-
 servationem
 Pontificiam
 sint talia.

Cathedralibus, aut principales in Collegiatis, quales apud nos sunt Præposituræ. *Reg. 3. Cancell.* quamvis aliqua Ecclesiæ speciale indultum habeant eligendi Præpositum. Item omnia beneficia Cardinalium & Curialium, hoc est, Ministrorum ad Curiam Romanam pertinentium, vel etiam familiarium Papæ, aut alicujus Cardinalis. Dicuntur autem familiares, qui sunt de familia Pontificis aut Cardinalis, tametsi extra Curiam moriantur, aut etiam tempore mortis non sint amplius Officiales Pontificii, quia semel reservata semper manent talia, *Vid. reg. Cant. & Extravag. ad regimen, de Præbeend.* Notandum, hanc reservationem per Concordata Germaniæ eatenus esse restrictam, ut Pontifex in Germania sibi non reseruet beneficia, quæ Officiales Papæ ante officium susceptum, aut post illud dimissum habent tempore mortis suæ. Similiter *ex cit. Extrav.* beneficia Legatorum & Cursorum Papalium, hoc est, Pedellorum, qui mandata aut decreta Pontificia insinuant, publicant & affigunt, & quorumcunque ad Curiam accedentium, vel inde redeuntium, si in Curia vel in locis
ultra

ult
sta
do
no
pro
ni
Ex
Sec
tur
fer
co
ma
pe
tra
un
rit
ele
cal
stu
acc
siv
nel
sta
far
rat
va
jus
6.
câ
ma
v.
ac

ultra duas dietas à Curia non distantibus moriantur, dummodo domicilium seu habitationem ibi non habeant. Nomine autem dietæ probabiliter accipi videtur iter unius diei: quibus adde *ex eadem Extrav.* quæ in Curia sive apud Sedem Apostolicam vacare dicuntur, nec sub concessa facultate reservandi aut conferendi beneficia comprehendi censentur, nisi exprimantur: qualia sunt, quæ vacant per depositionem, privationem, translationem, sive transitum ab uno beneficio ad alterum, auctoritate Pontificia factum, item per electionem cassatam, hoc est, pro cassâ seu nullâ declaratam, aut postulationem repulsam, sive non acceptatam, & per renuntiationem sive spontaneam remissionem beneficii ab electo aut postulato factam, & à Sede Apostolica admiffam. Hæc tamen de beneficiis curatis seu Parochialibus in Curia vacantibus accipienda non sunt, *juxta cap. Si Apost. de Prabend. in 6.* Illa enim vacante Sede Apostolicâ, hoc est, regulariter loquendo mortuo Pontifice, nam alio modo v. g. per resignationem ab Ecclesia acceptatam, &c. hæc Sedes vix vacare

care solet, imò eodem adhuc vi-
 vente, si in casu vacantis beneficii
 ante mortem nihil de eo disposuit,
 ab ordinariis liberè conferri pos-
 sunt. Quod specialiter indultum
 est, ob favorem, ne cura animarum
 diu vacet. Insuper reservatum est
 Pontifici quodcunque beneficium
 incompatible cum eo beneficio
 vel dignitate, etiam electivâ, quam
 Pontifex conferre solet. Ad hæc per
 Concordata Germaniæ omnia alia
 beneficia non patronata, alternis
 mensibus, videlicet Januario, Mar-
 tino, Majo, Julio, Septembri, No-
 vembri. Residui menses relin-
 quuntur ordinariis Collatoribus,
 qui sunt Episcopi, vel etiam, ut in
 Germania, ex consuetudine, privi-
 legio aut statuto, Capitula aut sin-
 guli Canonici per turnum, hoc est,
 per circulum seu ordinem. Dixi
 non Patronata, subintellige, quæ
 sunt Patroni laici ex fundatione,
 ædificatione, dotatione, nam hæc
 non solet sibi Papa facilè, ut supra
 dictum est, reservare, aut ut supra
 dictum, præveniendò conferre.
 Quòd si post tres menses à die no-
 tæ vacationis in loco beneficii nul-
 la Pontificia dispositio appareat,
 poterit ordinarius illa conferre,
 facta

Quæ per
 Concordata Germa-
 niæ Pontifici
 ei sunt re-
 servata.

facta a
 collatio
 in loco
 culpab
 rit, col
 rit, ut v
 Quæ in
 ciali in
 fuetudi
 sibi qu
 mano
 clesia I
 quod h
 ximè y
 in Ecc
 ces off
 vocant
 person
 vacan
 beat: F
 locum
 est, ej
 illud
 confe
 verosi
 privile
 vare j
 ficiun
 veluti
 videat
 precib
 nec i

facta autem intra illud tempus collatione Pontificiâ, tametsi hæc in loco beneficii præsertim absque culpa beneficiati nondum innotuerit, collatio Papalis acceptanda erit, ut videre est *ex Bull. Greg. XIII. Que in Ecclesia.* Denique ex speciali indulto & antiquissima consuetudine reservat Pontifex non sibi quidem, sed Imperatori Romano noviter electo in quavis Ecclesia Imperii Romani, unum aliud quod beneficium vacans, aut proximè vacaturum, ita ut ipsi liceat in Ecclesiis sui Imperii semel preces offerre primarias, sive ut alii vocant, primas, hoc est, præsentare personam idoneam, cui beneficium vacans vel vacaturum conferri debeat: Hæc tamen preces non habent locum in beneficio monoculo, hoc est, ejus generis, ut præter unum illud Prælati aliud beneficium conferre non possit: non enim est verosimile Papam per suprascriptum privilegium, velle Prælatum privare jure, quod habet unum beneficium conferendi, ne illum unico veluti lumine, quo fruitur, spoliare videatur. Neque locus est dictis precibus in beneficiis patronatis, nec in reservatis Pontifici *per Extrav.*

Que per privilegium Pontificum Romano Imperatori concessa.

trav. ad regimen, qualia sunt ferè, quæ suprâ *ex ead. Extrav.* citavimus. Aliæ autem reservationes Papales, dictarum precum effectum non impediunt. Nec solet Imperator quemquam nominare ad beneficium regulare, ne disciplina religiosa interturbetur *Chokier in Schol. in preces primarias.* Deinde inter Papalia censentur beneficia dispositione Pontificiâ ad tempus affecta, id est, illa, super quorum dispositione Pontifex manum apponit, sive de quibus hîc & nunc plenum jus disponendi sibi assumit. Denique omnia totius & universalis Ecclesiæ beneficia, sive libera sunt, sive non libera, sive electiva, &c. dici possunt Papalia, quia Pontifex est supremus dispensator honorum Ecclesiasticorum, omniumque Clericorum ac Episcoporum superior, à quo omnes ipsi inferiores suam præsentandi, conferendi aut instituendi potestatem sortiuntur. Et ex hac potestatis plenitudine tribus modis beneficia confert; Primò jure præventionis, potest enim Pontifex in conferendis beneficiis prævenire quemlibet patronum, & collatorem, cum omnis collatio supponat beneficium vacans,

Quæ beneficia per specialem affectionem sint Papalia.

Quæ per plenitudinē potestatis Pontificiæ sunt talia.

Ex hac plenitudine potestatis quot modis Papa beneficia confert.
Quid sit conferre

ferè,
tavi.
s Pa-
ctum
pera-
bene-
reli-
er in
einde
eficia
mpus
orum
a ap-
nunc
assu-
& u-
, sive
e ele-
quia
fator
anni-
opo-
si in-
nfe-
atem
ple-
ficia
onis,
ren-
libet
n o-
ium
ans,

vacans, dando nimirum gratiam jure præ-
exspectativam ad beneficium pri-
mò vacaturum, *juxta C. dudum de*
Præbend. in 6. & hoc privilegium,
posse promittere certæ personæ be-
neficio non dum vacans est solius
Pontificis, *C. dilectus, de Præbend.*
Vid. Trid. Sess. 24. c. 19. Ubi omnes
gratiæ exspectativæ abrogantur, &
inferioribus Papæ collatoribus pro-
hibentur, ne per illas occasio detur
mortem alteri machinandi aut de-
siderandi. Ex quo Trid. decreto
colligit S. Congregatio Cardina-
lium, non posse Capitula Ecclesia-
rum, Canonicos supernumerarios
creare super futura sive vacatura
Præbenda. Quod tamen monet
Laym. lib 4 tr. 2. c. 10. in omnibus
Ecclesiis non esse receptum, ac
proinde eum, qui in canoniam as-
sumptus est, cum promissione præ-
bendæ, posse eam oblatâ occasione
exigere, *juxta C. relatum de Præ-
bend.* non quidem vi promissionis
præcisè, cum potestas promittendi
beneficium non dum vacans resi-
deat penes solum Pontificem, sed
propter obtentam canoniam, sive
jus exercendi sacras functiones Ca-
nonico competentes. Nam hæc sa-
cta munia exercenti, oblatâ occa-
sione

ventionis.
Estne ulli
licitum
præter Papã
dare certæ
personæ
gratiam ex-
spectativam
ad benefici-
um nondũ
vacans.
Poteruntne
Capitula
creare Ca-
nonicos su-
pernume-
rarios super
vacatura
Præbenda.

Quid circa
beneficium
vacaturum
liceat Lega-
to à latere.

Quid sit
conferre
jure con-
cursus.

In concursu
Papæ cum
alio inferi-
ore Colla-
tore, cujus
collatio est
habenda
rati.

sione, de jure præbenda debetur,
Vid. cit. cap. dilectus de Prab. Pote-
rit quidem Legatus à latere bene-
ficium vacaturum reservare suæ
collationi etiam pro certa persona,
quia per dictam reservationem ni-
hil juris acquiritur illi personæ,
cùm Legatus mutando mentem
alteri beneficium conferre possit.
Attamen nequit alteri dare jus ad
beneficium vacaturum, *juxta C. cum dilectus de jure Patron.* Vide
Laym l. c. Secundò jure concursus.
Pontifex enim concurrit cum quo-
libet collatore in potestate & ju-
risdictione, idque in gradu potesta-
tis tam excellenti, ut beneficia va-
cantia, nullâ etiam interveniente
negligentiâ inferioris collatoris,
ipse conferre possit. Unde licet Papa
inferioribus collatoribus potesta-
tem conferendi beneficia concesserit,
attamen majorem sibi semper
reservavit, *juxta C. dudum §. nos igitur de electione in 6.* Datur igitur
inter Papam & reliquos Colla-
tores locus præventioni; ita ut
quando Pontifex cum alio inferio-
ri collatore concurrit, illius, qui
prior, & alterum præveniendo bene-
ficiû contulit, collatio rata habeatur:
in dubio, cujus collatio prior
fuerit,

fuerit
Si ne
cui à
latio
mine
C. si
tand
dub.
præ
tand
inde
refer
dictu
relict
tio ju
nini
aliud
riore
ob q
tur,
Pont
tellig
aut e
tutur
pro E
lari
hisce
les,
nefic
feran
prox
com

fuerit, standum est pro possidente, Si neuter possideat, ille præteretur, cui à Pontifice, ejusve Legato collatio beneficii facta est propter eminentiam personæ conferentis: *C. si à Sede de Præbend in 6.* Notandum hic ex *Lessio lib. 2. cap. 34. dub. 10* Pontificem rariùs uti jure præventionis & concursus ad vitandam confusionem & lites, quæ inde oriri possent, & idcirco sibi reservasse certos menses, ut suprâ dictum, quibus confert, reliquis relictis ordinario collatori. Tertiò jure devolutionis, quando nimirum propter negligentiam, aliudve delictum à collatore inferiori; aut electoribus commissum, ob quod jure suo eâ vice privatur, jus conferendi devolvitur ad Pontificem. Per negligentiam intellige voluntariam collationis, aut electionis dilationem ultra statutum à jure tempus. Sunt autem pro Episcopatu & Prælatura regulari tres, pro reliquis beneficiis hîsce interioribus statuti sex menses, idque ob eam causam, ne beneficia diu vacantia damnum afferant Ecclesiæ & noceant saluti proximi. Et hi quidem menses computandi sunt, si legitimum

Quæ beneficia jure devolutionis spectant ad Papam.

impedimentum non interveniat, à die cognitæ vacationis; nam legitime impedito, vel vacationem ignorantem, non currit tempus à jure præfixum. *Vid. c. 2. & 5. de concess. præb. & c. 41. de elect.* In dubio habitæ notitiæ de beneficio vacante incumbit collatori onus probandi, se non habuisse, alioquin præsumitur habuisse, *Barbos. de offic. Episc. alleg. 56.* nomine delicti accipe quemvis culpabilem defectum ex quo collatio vel electio ipso jure est irrita, ut si beneficium indigno scienter conferatur, aut indignus scienter eligatur, aut si substantialis forma electionis non servetur, &c. Jure devolutionis spectat ad Pontificem: Primò Episcopatus Ecclesiæ Cathedralis, si Canonici indignum scienter eligant, *C. quanquam de elect. in 6.* Quòd si tamen pars Canonorum licet minor huic electioni contradicat, manebit penes ipsos licet pauciores jus eligendi, *c. gratum de postul. prælat. & universim juxta Abb. in cap. cum in cunctis, § Clerici in 5.* Totum jus manet penes habiles, si plures è Capitulo sint inhabiles ob excommunicationem, suspensionem, &c. Secundò beneficia,

quæ

quæ Episcopus exemptus negligit conferre. *Abb. in c. 2. de concess. Præbend.* Demum omnia alia beneficia, quæ jure devolutionis ad inferiores Papâ Collatores, gradatim ascendendo ab inferiore ad superiorem, v. g. ab Episcopo ad Archi-Episcopum pervenerunt, si hi ea intra statutum tempus conferre negligent: *Cit. c. 2. de concess. Præbend.*

Episcopalia sunt, quæ Episcopi conferre solent. Qualia primùm ex jure communi sunt omnia beneficia suæ Diœcesis, quia ipse est princeps & moderator Sacrorum in sua Diœcesi, ac proinde illius est Ecclesiarum Ministros constituere, & sacra officia conferre. Verùm hæc potestas jure novo per concordata Germaniæ, & regulas Cancell. eousque limitata est, ut solum alternis mensibus, nimirum: Februario, Aprili, Junio, Augusto, Octobri, Decembri, exceptis majoribus dignitatibus post Episcopatum, in Cathedralibus, & Principalibus, in Collegiatis Ecclesiis, ut suprâ dictum, reliqua beneficia suæ Diœcesis conferre possit: nisi ex privilegio, statuto, consuetudine, aut legitima præscriptione jus

Quæ dicitur
tur benefi-
cia Episco-
palia.

Episcoporum
potestas ei
ca beneficia
suæ Diœce-
sis quomo-
do limitata
sit.

conferendi beneficia Diocesana aliis competat, v. g. Capitulo, Decano, Præposito, Abbati, aut alteri Ecclesiastico, *v. Less. lib. 2. c. 34.*

An Episcopus possit conferre beneficia Cathedralia sine consilio aut consensu Capituli: & quantum in hoc casu valeat suffragium Episcopi.

dub. 10. Et quidem in collatione beneficiorum Cathedralium, ut sit valida, adhibendum est consilium, imò etiam probabiliter consensus Capituli, nisi legitimè præscripta consuetudo, aut privilegium aliud fieri permittat. *C. novit. & C. ea noscitur, de his, quæ fiunt à Prælatiis,* cum enim Episcopus cum Capitulo unum corpus constituat, congruum omninò est, ut membra cum capite concurrant ad collationem beneficiorum, præsertim, si ex communibus bonis fundata sint, quod in dubio tactum fuisse præsumitur, *Azor p. 2. lib. 6. c. 25. q. 9.* In eo autem casu suffragium Episcopi æquivalet voci totius Capituli, vel majoris partis illius. *Garc. p. 5. cap. 41.* Adhæc ut valeat collatio Episcopalis quorumcunque beneficiorum suæ Diocesis, ex recepta consuetudine necesse est, ut non existat in curia Romana, sive Romæ non commoretur, adeoque ut validè conferat, inde exeundum ipsi erit. Quia ut olim Proconsul *juxta l. ult. §. de officio Procons.*

Episcopus Romæ existens poteritne conferre beneficium.

Procons. urbem ingressus deponit imperium, sic etiam Episcopus. Poterit tamen in aliena Diocesi existens ea conferre, quia collatio beneficiorum fit sine strepitu iudiciali. Deinde Episcopalia sunt, quorum collatio jure devolutionis ad Episcopum spectat, qualia sunt imprimis patronata, ad quæ patronus laicus intra quatuor, Ecclesiasticus intra sex menses neminem præsentat. *C. quoniam de jure patronat.* Item omnia alia beneficia Episcopatu inferiora, quæ Capitulum aut alius Prælatus vel Ecclesiasticus non exemptus, hoc est, Episcopo subjectus, tempore statuto conferre neglexit, aut indigno contulit. *C. cum in cunctis ff. Clerici, Clem. un. de supplenda negligentia Prælat.* Quod si ipse Episcopus non suppleat negligentiam, aut defectum inferioris, fit devolutio gradatim ad superiorem, v.g. Metropolitanum, inde ad Prælatem sive Patriarcham, cui Metropolitanus fortè subjectus est; ac demum ad Papam. Imò Episcopatus propter negligentiam eligentium, non verò ob delictum illorum, ut suprà dictum, devolvitur ad Metropolitanum, & Archi-Episcopatus ad

Quæ jure devolutionis spectent ad Episcopum.

An & in
quibus be-
neficiis Le-
gatus à la-
tere con-
currat cum
Episcopo.

Primatem, ita ut potestas conferen-
di ad eum semper devolvatur, qui
proximè præesse cognoscitur. *C.
ne pro defectu, de elect.* In hac pote-
state conferendi beneficia Diocæ-
sana concurrat cum Episcopis Le-
gatus à latere in Provinciis sibi
subjectis, ita ut inter illos sit locus
præventioni. *C. si à Sede de Prab.
in 6.* idque etiam in beneficiis, quæ
sunt juris Patronatûs Ecclesiastici.
C. dilectus, de officio Legati. Non
verò quæ sunt juris Patronatûs lai-
corum, nisi sint devoluta ad Epi-
scopum propter negligentiam Pa-
troni laici. *Gloss in Clem per litteras
ver. Apostolicis, de Prab.* Neq; con-
currat cum Episcopis in beneficiis
Diocæsanis tam sæcularibus, quàm
regularibus, ad ipsos devolutis, ob
negligentiam Prælati regularis qui
illa intra sex menses conferre ne-
glexit, quia Episcopus habet specia-
lem delegationem, *juxta Clem.
un. de supplend. negligentia Prælat.*
cui non derogat delegatio gene-
ralis Legati de latere, *Reduffus in
praxitit. de devolut. n. 38.* Dicto
Legato ultra potestatem Episcopa-
lem insuper concessum est confer-
re beneficia devoluta ad Papam,
modò huic specialiter non sint re-
servata: Item ea, quæ exempti in
provin-

provinciis, ad quas mittitur, conferre possunt, quia in hos habet jurisdictionem, *C. x. de verb. significatione in 6.* unde etiam Episcoporum & Abbatum exemptorum electionem confirmare, & his in Episcopos electis deferendi monasterium suum, licentiam dare potest. *C. si Abbatem, de elect in 6.* Alii Nuntii Apostolici sine speciali mandato sive commissione beneficia conferre nequeunt, nisi mittantur cum potestate Legati à latere.

Garc. p. 5. c. 3. n. 81. Similiter Capitulum Sede Episcopali vacante non potest conferre beneficia libera, quorum collatio ad solum Episcopum spectat, *Gloss. in cap. his, qua de major. & obed.* quia sunt voluntariae gratiae & donationes, Episcopis vi dignitatis & muneris competentes, de quibus Capitulum disponere non debet. Poterit tamen in bonum Ecclesiae, ejusmodi beneficium in commendam ad sex menses, & si interim Episcopus non eligatur & confirmetur, tempus prorogare, *Rebuffus i. praxi, p. 1. tit. de devolution. n. 77.* Quòd si libera collatio beneficii ad Episcopum & Capitulum communi jure pertineat, potest Capitulum Sede

Quid Capitulum Sede Episcopali vacante possit circa beneficia.

vacante, illud conferre. *C. un. ne Sede vacante. in 6.* Dixi libera, quia patronata potest conferre, & à patronis præsentatos ad beneficia instituere, *C. 1. de instit. in 6.* Electos quoque confirmare, vel ob justam causam rejicere. *C. cum olim, de major. & obed.* recipere quoque resignationem beneficii, quæ fit causâ permutationis, non verò liberam *Garc. p. 5. c. 7. n. 75.* Quæ omnia Capitulis idcirco indulgentur, ne ex defectu superioris sive Episcopi varia incommoda Ecclesiæ generentur. Adde, quòd Capitulum Sede vacante, si pauca exceperis, de quibus *Vid. Laym. lib. 1. tit. 4. c. 7. ff. 4.* succedat Episcopo in omnem jurisdictionem, tam voluntariam, quàm contentiosam, quæ Episcopis competit jure ordinario, non vero speciali. *V. cit. c. his, quæ, n. 3. de major.* Per jurisdictionem voluntariam intelliges, quæ in volentes, per contentiosam, quæ in nolentes & invitos exercetur. Dixi, si pauca, &c. Non enim potest Capitulum sine Pontificis autoritate alienare bona Ecclesiæ immobilia vel etiam mobilia, quæ servando servari possunt hoc est, quæ asservata intra longum

gum

gum tempus non corrumpuntur, qualia sunt v.g. vasa aurea, argentea, gemmæ, &c. Nec à die vacationis intra annum, ubi Trid. receptum est, cuiquam dare licentiam ordinandi, aut ulli litteras dimissorias, praterquam illi, qui occasione Ecclesiastici beneficij accepti aut accipiendi arctatus est, &c. *V. Laym. l. c.* Diceris autem arctari beneficio, quando vel actu ob-
tines beneficium, quod requirit ministerium personale, ratione cuius de jure, consuetudine, statuto vel fundatione teneris ad procurandum tui ulteriorem promotionem sive ordinationem intra annum: aut si habes jus, vel vocatus es ad aliquod beneficium vacans v. g. Capellaniam, quæ actu requirit certum ordinem, quo cares: *Barb. in Trid. sess. 7. c. 10.* Denique nec Vicarius Generalis Episcopi, quamvis generale mandatum, hoc est, generalem commissionem habeat eorum, quæ Episcopi sunt, non potest conferre beneficia ab Episcopo liberè conferenda, nisi hoc ipsi specialiter commissum sit. *C. fin. de offic. vic. in 6.* Quia cui bonorum alienorum administratio etiam libera

Explicatur, quid sit arctari beneficio.

Quid Vicarius Generalis Episcopi possit circa beneficia Episcopalia.

commissa est, regulariter ex illis
 donationes facere non potest. Un-
 de neque sine speciali commissio-
 ne quemquam presentare potest
 ad beneficium, cuius Episcopus
 patronus est. Nam libera collatio
 beneficii & presentatio ad illud,
 veniunt nomine gratiæ & dona-
 tionis. Poterit tamen instituere
 presentatos, confirmare electos,
 quia hi actus cum ex iustitia, vi cu-
 ræ Episcopalis omnibus debean-
 tur, non egent speciali commissione.
 Cum his non pugnat, quin Episco-
 pus speciali mandato sive com-
 missione, vel etiam generali, cum
 libera, ut vocant, id est, cum libera
 & plena potestate id agendi, quod
 ipse Dominus, hoc est, Episcopus,
 potest, Vicario dare facultatem
 conferendi beneficia, & alias me-
 ras gratias nomine ipsius Episcopi.
 Quod attinet Collegium Cardi-
 naliū, hoc Sede vacante jus con-
 ferendi beneficia non habet, nec
 ullam jurisdictionem in univer-
 salem Ecclesiam. *Clem. c. 2. de elect.*
& ubi periculum, de elect. in 6. in
 quo præcipitur, ut Cardinales ex-
 actis decem diebus à morte Pon-
 tificis sollicitè ac sedulò novum
 Ecclesiæ Pastorem eligant, & nulli
 alteri

Quid possit
 Collegium
 Cardinaliū
 Sede va-
 cante.

alteri negotio se immisceant, nisi
urgens necessitas, ob quam Eccle-
sia ab imminente gravi periculo
defendenda foret, aliud exigeret.

Laicis & secularibus ne quidem per
ullam consuetudinem aut præscri-
ptionem absque peculiari privile-
gio vel sufficienti præscriptione fa-
ctæ commissionis aut dati privile-
gii, jus conferendi beneficia com-
petere potest. Sunt enim incapaces
potestatis spiritualis, qui autem est
incapax possidendi jus spirituale
sive Ecclesiasticum, etiam est inca-
pax præscribendi. Quia sine posses-
sione præscriptio non procedit.

Reg. 3. Vid. Laym. lib. 3. tr. 1. c. 8.
in 6.

An laicis
possit com-
petere jus
conferendi
beneficia.

CAPUT IV.

*Alia beneficia sunt conferenda di-
gniori, alia saltem digno.*

EX parte subjecti sive recipien-
tis beneficium, quædam sunt
necessariò conferenda digniori,
quædam saltem digno. Pro qua di-
visione plenius intelligenda, no-

C 5 tandum